



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCLXXXI. ad annum MCCCXIV.

**Parisiis, 1644**

XVI. In quibus ecclesiis requiritur pluralitas presbyterorum parochialium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15974**

populi ab officio sibi commisso segregat & abdu-  
cit, sic & earumdem inopia, in vituperium ordinis  
nostri, quosdam compellit infeliciter mendicare;  
prouidendum est nobis, vt in vtroque talium ha-  
bita moderatione, ipsarum ecclesiarum regimini  
consulatur. Statuimus igitur vt vicario perpetuo  
ad minus redditus quinque marcarum assignetur,  
qui saltem pro quinque marcis dari possit ad fir-  
mam: nisi forte in illis partibus Vvaliæ sit, in qui-  
bus, propter tenuitatem ecclesiarum, minori sti-  
pendio vicarii sunt contenti. Prouideat quoque  
diocæsanus episcopus, pensata ecclesiæ facultate,  
vtrum vicarius onera ecclesiæ subire debeat, an  
persona, an ad ea vterque debeat conferre. Prouiso  
tamen quod archidiaconus loci, siue ab illis, siue  
ab altero illorum debeat procurari, vna tantum  
procuracione sit contentus.

## XVI.

*Matth. 20.* Ad instar patris euangelici, plures operarios in  
vineam suam mittentis, vt quod vnus non valet  
explere sollicitudo seu adimplere, perficiat pluri-  
morum, præsentialiter diffinimus vt in singulis pa-  
rochialibus ecclesiis, quarum parochia est diffusa,  
duo sint vel tres presbyteri, pensata pariter magni-  
tudine parochiæ & ecclesiæ facultate: ne forte,  
quod absit, ægrotante vno presbytero, aut alio de-  
bilitato, parochianis infirmantibus, aut diuinis vo-  
lentibus interesse officiis, officii debita subtrahan-  
tur, vel negentur sacramenta ecclesiastica.

## XVII.

Præsenti quoque statuto diffinimus, vt epi-  
sco-